

# Libellus



**Cicero**

## **Philippische Reden**

**Erste Philippica**

Ernst Klett Verlag  
Stuttgart · Leipzig

# 1 Erste Philippica

## Senatssitzung im Tempel der Eintracht, 2. September 44 v. Chr.

Cicero ist nicht der Einzige, der eine Diktatur des Antonius fürchtet. Am 1. August 44 v. Chr. hat L. Calpurnius Piso Caesoninus als einziger Konsular (ehemaliger Konsul) gewagt, gegen Antonius die Stimme zu erheben. Als Cicero, der sich seit April aus Rom zurückgezogen hat, davon erfährt, bricht er kurz vor der geplanten Überfahrt nach Griechenland seine Reise ab und kehrt am 31. August nach Rom zurück. Hoffnungsvoll eröffnet er am 2. September mit der ersten Philippica vor dem Senat seinen letzten Kampf für die *res publica libera*. Antonius selbst bleibt dieser Senatssitzung fern.

## 1 Der Politiker Antonius

Cicero beschreibt im Rückblick, wie das politische Verhalten des Antonius seine Abreise und Rückkehr veranlasst hat.

### 1.1 Gute politische Anfänge und Leistungen des Antonius

Im Tempel der Tellus (Göttin der Erde) hatte der Senat sich am 17. März 44 v. Chr. versammelt und die Straffreiheit für die Caesarmörder beschlossen. In dieser Sitzung hat Antonius sich in den Augen Ciceros bewährt.

#### SPRACHLICHE UND INHALTLICHE VORERSCHLISSUNG

- 1 Informieren Sie sich über die Hintergründe von Caesars Ermordung (→ SH\*, S. 70–77: Überblick). Beziehen Sie das Bild (S. 4) in Ihre Überlegungen ein.
- 2 Informieren Sie sich über die Personen M. Antonius und Dolabella (→ SH, S. 70–77: Personen).
- 3 Recherchieren Sie im Internet oder in einem Lexikon die verfassungsmäßige Stellung sowie die Aufgaben eines Diktators in der römischen Republik.
- 4 Beachten Sie bei der Übersetzung von § 3 folgende Regel: „Nach si, nisi, ne und num ... fällt „ali“ immer um.“

- 1 (2) Praeclara tum oratio M. Antonii, egregia etiam voluntas (erat); pax denique per eum et per liberos eius cum praestantissimis civibus confirmata est. Atque his principiis reliqua consentiebant. Ad deliberationes eas, quas habebat
- 5 domi de re publica, principes civitatis adhibebat; ad hunc ordinem res optimas deferebat; nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Caesaris commentarii reperiebatur; summa constantia ad ea, quae quaesita erant, respondebat. [...]

**consentire** + *Dat.*: hier: zu etwas passen  
**nihil ... nisi quod**: nichts ... außer (das), was  
**commentarius**, -ii *m.*: Aufzeichnung, schriftlicher Nachlass

\*SH = Cicero, Philippische Reden, Klett-Nr. 623174

(3) (Quaesitum est), num qui exsules restituti (essent)? –  
 10 „Unum“ aiebat, „praeterea neminem.“ – Num immunitates  
 datae (essent)? „Nullae“ respondebat. Assentiri etiam nos  
 Ser. Sulpicio<sup>1</sup>, clarissimo viro, voluit, ne qua tabula post  
 Idus Martias ullius decreti Caesaris aut beneficii figeretur.  
 Multa praetereo eaque praeclara; ad singulare enim  
 15 M. Antonii factum festinat oratio. Dictaturam, quae iam  
 vim regiae potestatis obsederat, funditus ex re publica  
 sustulit; de qua re ne sententias quidem diximus.  
 Scriptum senatus consultum, quod fieri vellet, attulit;  
 quo recitato auctoritatem eius summo studio secuti  
 20 sumus eique amplissimis verbis per senatus consultum  
 gratias egimus.

[4] Lux quaedam videbatur oblata (esse) non modo regno,  
 quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato;  
 magnumque pignus ab eo rei publicae datum (est) se  
 25 liberam civitatem esse velle, cum dictatoris nomen,  
 quod saepe iustum fuisset, propter perpetuae dictaturae  
 recentem memoriam funditus ex re publica sustulisset.

[5] Liberatus (est) periculo caedis paucis post diebus senatus;  
 uncus impactus est fugitivo illi, qui in Marii<sup>2</sup> nomen  
 30 invaserat<sup>3</sup>. Atque haec omnia communiter cum collega  
 (acta sunt). [...]. Nam cum serperet in urbe infinitum  
 malum idque manaret in dies latius iidemque bustum in  
 foro facerent, qui illam insepultam sepulturam<sup>4</sup> effecerant,  
 et cotidie perditii homines cum sui similibus servis magis  
 35 magisque tectis ac templis urbis minitarentur, talis  
 animadversio fuit Dolabellae cum in audaces sceleratosque  
 servos, tum in impuros et nefarios liberos (cives), talisque  
 eversio (fuit) illius exsecratae columnae, ut mihi mirum  
 videatur tum valde reliquum tempus ab illo uno die  
 40 dissensisse.

**immunitas, -atis f.:** Straffreiheit  
**Idus Martiae:** Iden des März (15. März)  
**festinare:** hier: hineilen  
**funditus Adv.:** vollständig, völlig  
**res publica, rei publicae f.:** hier: Verfassung  
**sententiam dicere:** einen Antrag stellen  
**scriptum:** hier: vorher schriftlich verfasst

**lux, -cis f.:** hier: (politischer) Lichtblick  
**offerre:** hier: darbringen, entgegen bringen  
**pignus, -oris n.:** Pfand, Unterpfand, Beweis

**uncus, -i m.:** Haken, Widerhaken  
**impangere, -pango, -panxi, -pactum:** einschlagen, befestigen  
**serpere:** hier: sich ausbreiten  
**manare:** sich ausbreiten  
**bustum, -i n.:** Leichenbrandstätte, Scheiterhaufen  
**cum ... tum:** sowohl ... als auch besonders  
**exsecratus, -a, -um:** verflucht  
**columna, -ae f.:** Säule (auf dem Forum zur Verehrung Caesars errichtet)  
**dissentire:** hier: sich unterscheiden

<sup>1</sup> *Servius Sulpicius Rufus*: wichtiger römischer Redner, Politiker und Jurist. Er war später Teilnehmer an der Gesandtschaft zu Antonius nach Mutina, wobei er verstarb. – <sup>2</sup> *C. Marius*, der Gegenspieler von Sulla und Errichter der ersten Diktatur. – <sup>3</sup> *in nomen invadere*: in den Namen eintreten, sich den Namen aneignen (der sog. falsche Marius, von Caesar verbannt, kehrte nach den Iden des März nach Rom zurück und brachte dem ‚Gott Caesar‘ Opfer dar. Antonius ließ ihn festnehmen und hinrichten und der Sitte gemäß von einem Henker an einem Haken in den Tiber schleifen.). – <sup>4</sup> *insepultam sepulturam*: unbegrabenes Begräbnis (gemeint ist die Tatsache, dass Caesars Leichnam zunächst nicht ehrenhaft bestattet worden war. Erst als das Volk von Antonius durch eine flammende Leichenrede für Caesar aufgestachelt worden war, wurde Caesars Leichnam auf dem Forum, wo eigentlich keine Begräbnisse stattfanden, verbrannt.).

## ANALYSE UND INTERPRETATION

- 1 Arbeiten Sie heraus, wie Cicero das Handeln und Wirken des Antonius und seines Kollegen Dolabella im vorliegenden Textabschnitt beschreibt.

### GRUND- UND LERNWORTSCHATZ

adhibere, adhibeo, adhibui, adhibitum

anwenden, hinzuziehen

amplus, ampla, amplum

weit, geräumig; bedeutend, mächtig

egregius, egregia, egregium

ausgezeichnet

recens, recentis

neu, frisch

tollere, tollo, sustuli, sublatum

beseitigen, emporheben, aufheben

ex[s]ul, ex[s]ulis *m.*

Verbannter

figere, figo, fixi, fixum

festmachen, befestigen

minitari, minitor, minitatus sum

drohen

rem deferre ad

eine Sache melden an



Jean-Léon Gérôme (1824 – 1904), *The Death of Caesar*

## 1.2 Der Wandel des Antonius

### SPRACHLICHE UND INHALTLICHE VORERSCHLISSUNG

1 Informieren Sie sich mit Hilfe des Infokastens (s.u. und S. 6) über die Gesetzgebung im antiken Rom.

1	[6] Ecce enim Kalendis Iuniis, quibus edixerat, ut adessemus, mutata (sunt) omnia: nihil per senatum (actum est), multa et magna per populum – et absente populo et invito. Consules designati <sup>1</sup> negabant se audere in senatum venire;	<b>Kalendae Iuniae:</b> Kalenden des Juni (1. Juni) <b>edicere:</b> festsetzen, festlegen <b>per populum:</b> <i>hier:</i> im Namen des Volkes <b>cervix, -icis f.:</b> Nacken, Genick <b>iugum, -i n.:</b> Joch <b>cavēre + Dat.:</b> <i>hier:</i> Vorsorge treffen für
5	patriae liberatores <sup>2</sup> urbe carebant ea, cuius a cervicibus iugum servile deiecerant; quos tamen ipsi consules in contionibus et in omni sermone laudabant. Veterani, qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissime caverat, non ad conservationem earum rerum, quas habebant,	<b>Kalendae Ianuariae:</b> Kalenden des Januar (1. Januar)
10	sed ad spem novarum praedarum incitabantur. Quae cum audire malletm quam videre haberemque ius legationis liberum <sup>3</sup> , ea mente discessi, ut adessem Kalendis Ianuariis; quod initium senatus cogendi <sup>4</sup> fore videbatur <sup>5</sup> .	
15	[7] Exposui, patres conscripti, profectionis consilium; nunc (consilium) reversionis, quae plus admirationis habet, breviter exponam.	

**1** *consul designatus:* designierter Konsul (gewählter Konsul, der sein Amt noch nicht angetreten hat; gemeint sind hier die Konsuln des Jahres 43, Hirtius und Pansa) – **2** *patriae liberatores:* gemeint sind die Caesarmörder Brutus und Cassius. – **3** *ius legationis liberum:* ein freies Recht der Gesandtschaft, ein Gesandtentitel ohne festen Auftrag (diesen Titel ließ sich ein Senator vom Senate übertragen, wenn er bloß in eigenen Angelegenheiten Provinzen bereisen wollte, wo er dann wie ein wirklicher Gesandter verpflegt und weiter befördert wurde). – **4** *initium senatus cogendi:* der Beginn der Sitzungsperiode des Senats. – **5** *quod ... videbatur:* Übers.: es schien, dass dies ...

### ANALYSE UND INTERPRETATION

1 Erklären Sie, warum Cicero sich zur Abreise entschließt.

#### GRUND- UND LERNWORTSCHATZ

audere, audeo, ausus sum

wagen

carere, careo, carui + Abl.

etwas nicht haben, etwas entbehren

contio, contionis f.

Versammlung

invitus, invita, invitum → Abl. abs.: me invito

ungern, widerwillig → gegen meinen Willen

deicere, deicio, deieci, deiectum

niederwerfen, umwerfen, wegwerfen

profectio, profectionis f.

Aufbruch, Abreise

reversio, reversionis f.

Rückkehr, Rückreise

#### Gesetzgebung in Rom – vor und in der Zeit Caesars

In der frühen römischen Republik war die Gesetzgebung zunächst Aufgabe des Senats gewesen. Im Zuge der Ständekämpfe ging diese Kompetenz schrittweise vorwiegend auf die Heeresversammlung (*comitia centuriata*) über; am Ende der Ständekämpfe 287 v. Chr. (*lex Hortensia de plebiscitis*) gewann eine weitere Volksversammlung, das *concilium plebis*, eine ähnlich herausragende Rolle, so dass es damit in Rom quasi zwei gleichrangige Gesetzgebungsorgane gab, die nur deswegen nicht aneinander gerieten, weil sie sich in gegenseitigem Respekt zu begegnen verstanden (*concordia omnium ordinum*).

Wesentlicher Unterschied beider Gesetzgebungsorgane war, dass das *concilium plebis* nach Köpfen, die *comitia centuriata* nach Zenturien (Hundertschaften) abstimmte, wobei diese Hundertschaften nicht nach Köpfen, sondern nach Steueraufkommen berechnet wurden.

In der Folge konnten sich Politiker entweder in der Exekutivgewalt auf den Senat und die Magistrate stützen sowie in der Legislative auf die *comitia centuriata*. Auf diese Weise konnten sie Politik im Sinne der reichen Klassen in Rom gestalten (Optimaten). Alternativ waren sie in der Lage, in der Exekutivgewalt politische Initiativen und Druck über das Volkstribunat auszuüben, sich in der Legislative auf das *concilium plebis* zu berufen und damit die ‚Volksmasse‘ hinter sich zu bringen (Popularen).

Caesar war als Populär gestartet, hatte sich dann durch geschicktes Taktieren zwischen den Gruppierungen zum Diktator aufschwingen können und diese Position entgegen der Verfassung schließlich auf Lebenszeit erworben. Seine Ermordung gab zwar der Senatspartei politischen Auftrieb, weil ein vermeintlicher Tyrann beseitigt worden war; Antonius jedoch versuchte als Gefolgsmann Caesars und ehemaliger Populär in Rom die Stimmung zu drehen und in seinem Sinne das politische Geschehen zu lenken.

## 2 Ciceros Hoffnung auf Widerstand gegen Antonius

Cicero berichtet, dass seine geplante Überfahrt nach Griechenland aufgrund schlechter Witterung misslungen sei. So sei er in Rhegium bei einem Freund geblieben, wo ihn Nachrichten aus Rom erreicht hätten, wonach sich die politische Lage zu Ungunsten des Antonius verändert habe.

### SPRACHLICHE UND INHALTLICHE VORERSCHLIEßUNG

- 1 Informieren Sie sich über den Umgang mit den Mördern Caesars unmittelbar nach Caesars Tod (→ SH, S. 70–77: Überblick).
- 2 Stellen Sie Begriffe und Wendungen zum Thema „Rückkehr/ Umkehr“ zusammen.



1 [8] Cumque intempesta nox esset mansissemque in villa  
P.Valerii, comitis et familiaris mei, postridieque apud  
eundem ventum expectans manerem, municipes Regini  
complures ad me venerunt, ex iis quidam Roma recentes;  
5 a quibus primum accipio M. Antonii orationem<sup>1</sup>, quae  
mihi ita placuit, ut ea lecta de reversione primum coeperim  
cogitare. Nec ita multo post edictum [M.] Bruti affertur et  
Cassii<sup>2</sup>, quod quidem mihi – fortasse quod eos plus etiam  
rei publicae quam familiaritatis gratia diligo – plenum  
10 aequitatis videbatur. Addebant praeterea – fit enim  
plerumque, ut ii, qui boni quid volunt afferre, affingant  
aliquid, quo faciant id, quod nuntiant, laetius – rem  
conventuram (esse); Kalendis senatum frequentem fore;  
Antonium repudiatis malis suasoribus, remissis provinciis  
15 Gallis, ad auctoritatem senatus esse rediturum.

**intempesta nox:** tiefe/dunkle Nacht  
**municipes, -cipis m.:** Bürger (eines Municipiums)  
**R(h)eginus, -a, -um:** rheginisch, aus Rhegium (Stadt in Süditalien)  
**Roma recentes:** unmittelbar von Rom aus kommend  
**gratia + vorangestellter Gen.:** wegen  
**aequitas, -atis f.:** Gerechtigkeit  
**affingere:** anfügen, hinzudichten  
**res convenit:** hier: es kommt zu einer Einigung  
**repudiare:** zurückweisen, von sich weisen  
**suasor, -oris m.:** Substantiv zu suadere (beraten)  
**remittere:** hier: verzichten auf

[9] Tum vero tanta sum cupiditate incensus ad reditum, ut mihi nulli neque remi neque venti satis facerent, non quo me ad tempus non occurrurum putarem<sup>3</sup>, sed ne tardius, quam cuperem, rei publicae gratularer. Atque ego celeriter  
 20 Veliam devectus Brutum vidi – quanto meo dolore (eum viderim), non dicere possum. Turpe mihi ipsi videbatur in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus cederet, et ibi velle tuto esse, ubi ille non posset. Neque vero illum  
 25 similiter atque ipse eram, commotum esse vidi. Erectus enim (erat) maximi ac pulcherrimi facti sui conscientia; nihil de suo casu, multa de vestro querebatur.

[10] Exque eo primum cognovi, quae Kalendis Sextilibus in senatu fuisset L. Pisonis oratio. Qui quamquam parum  
 30 adiutus erat – id enim ipsum a Bruto audiveram – [...], tamen et Bruti testimonio – quo<sup>4</sup> quid potest esse gravius? – et omnium praedicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Hunc igitur ut sequerer, properavi, quem praesentes (patres) non sunt secuti, non  
 35 ut proficerem aliquid – nec enim sperabam id nec praestare poteram –, sed ut, si quid mihi humanitus accidisset – multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum –, huius tamen diei vocem rei publicae relinquerem testem meae perpetuae erga se voluntatis.

remus, -i m.: Ruder

satis facere + Dat.: jdn. zufrieden stellen, jdm. Genüge tun

Velia, -ae f.: Stadt an der tyrrhenischen Küste

similiter atque: ebenso ... wie

conscientia + Gen.: das Wissen um ...

Kalendae Sextiles: 1. August

praedicatio, -onis f.: Lob

gloriam consequi: hier: Ruhm für eine mutige Rede erhalten

proficere: hier: etwas bewirken

humanitus Adv.: menschlich, auf menschliche Art

(aliquid alicui) relinquere testem: (jdm. irgendetwas) als Zeugen hinterlassen

erga se: gemeint ist: dem Staat gegenüber

1 Antonius hatte seine Bereitschaft zur Verständigung mit dem Senat anklingen lassen. – 2 Die Caesarnörder M. Brutus und C. Cassius hatten sich zum Leben in dauernder Verbannung bereiterklärt, sofern dadurch die innere Ruhe wiederhergestellt und ein Bürgerkrieg vermieden werden könne. – 3 non quo ... putarem: Relativsatz mit Konjunktiv (konsekutiver Nebensinn): nicht dass ich glaubte, dadurch ... – 4 quo: Abl. comparationis, in Verbindung mit *gravius* zu übersetzen.

## ANALYSE UND INTERPRETATION

- 1 Arbeiten Sie die Gründe für Ciceros Rückkehr nach Rom heraus.
- 2 Analysieren Sie, wie Cicero M. Brutus charakterisiert, und vergleichen Sie Ihre Ergebnisse mit der realen historischen Situation (vgl. Vorentlastung, Aufgabe 1).
- 3 Zeigen Sie, wie Cicero durch das Lob der Handlungen des Brutus sich selbst in besonderer Weise zum Staatsfreund stilisiert.

### GRUND- UND LERNWORTSCHATZ

(ad)iuvare, (ad)iuvo, (ad)iuvi, (ad)iutum

unterstützen, helfen

debere, debeo, debui, debitum

m. Inf.: müssen; sonst: schulden, verdanken

erigere, erigo, erexi, erectum

aufrichten, errichten

frequens, frequentis

zahlreich, häufig

plerumque Adv.

meistens, sehr oft

queri, queror, questus sum

(be)klagen

reverti, revertor, reverti

zurückkehren

tardus, tarda, tardum

langsam

testimonium, testimonii n.

Zeugnis, Beweis

vehi, vehor, vectus sum

fahren (devehi: wegfahren, abfahren)

impendere, impendo

drohen; bevorstehen; überhängen

### 3 Die Unverhältnismäßigkeit des Antonius

Nach seiner Rückkehr nach Rom ist Cicero einer Senatssitzung am 1. September ferngeblieben, in der Antonius u. a. den Beschluss hatte erwirken wollen, dass zukünftig allen Dankfesten für die Götter ein Tag zu Ehren Caesars hinzugefügt werden sollte.

#### SPRACHLICHE UND INHALTLICHE VORERSCHLISSUNG

- 1 Recherchieren Sie im Lexikon oder im Internet über die „supplicatio“ und deren Bedeutung in der römischen Religion.

1	[11] Quoniam utriusque consilii causam, patres conscripti, probatam vobis esse confido, priusquam de re publica dicere incipio, pauca querar de hesterna Antonii iniuria; cui sum amicus. Quid tandem erat causae, cur in senatum hesterno die tam acerbe cogere? [...]	<b>probare:</b> <i>hier:</i> glaubhaft machen, verständlich darlegen
5	[12] De supplicationibus referebatur – quo in genere senatores deesse non solent. Coguntur enim non pignoribus, sed eorum, de quorum honore agitur, gratia, quod idem fit, cum de triumpho refertur. Ita sine cura consules sunt, ut paene liberum sit senatori non adesse. Qui cum mihi mos notus esset, cumque e via languerem et mihimet displicerem, nisi pro amicitia, qui hoc ei diceret. At ille – vobis audientibus – cum fabris se domum meam venturum esse dixit. Nimis iracunde hoc quidem et valde intemperanter. Cuius enim maleficii tanta ista poena est, ut dicere in hoc ordine auderet se publicis operis disturbaturum publice ex senatus sententia aedificatam domum? Quis autem tanto damno senatorem coegit, aut quid est ultra pignus aut multa?	<b>pignus, -oris n.:</b> Pfand, Unterpfand, Faustpfand <b>languere:</b> matt/abgespannt sein <b>multa, -ae f.:</b> Strafe
10	[13] An me censetis, patres conscripti, quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur, ut inexpiabiles religiones in rem publicam inducerentur, ut decernerentur supplicationes mortuo? [...]	<b>parentalia, -ium n.:</b> Totenfeier (zu Ehren von Verwandten) <b>supplicatio, -onis f.:</b> Götterdankfest <b>inexpiabilis, -e:</b> unsühnbar
15	Adduci non possem, ut quemquam mortuum coniungerem cum deorum immortalium religione [...].	<b>religio, -onis f.:</b> <i>hier:</i> Religionsverletzung, Religionsfrevel <b>religio, -onis f.:</b> <i>hier:</i> religiöse Verehrung
20		
25		

#### ANALYSE UND INTERPRETATION

- 1 Cicero wirft Antonius vor, er habe ihn zu Unrecht gezwungen im Senat zu erscheinen (*Quid tandem erat causae, cur in senatum hesterno die tam acerbe cogere?*). Beschreiben Sie, wie Cicero diesem Vorwurf entgegentritt.
- 2 Arbeiten Sie heraus, warum Cicero ein Dankfest zu Ehren Caesars ablehnt.

#### GRUNDWORTSCHATZ

cogere, cogo, coegi, coactum	zwingen; versammeln
confidere, confido, confisus sum	vertrauen
displicere, displiceo, displicui, displicitum	missfallen

## 4 Beginnender Widerstand gegen Antonius

L. Calpurnius Piso war von Cicero in den 50er Jahren teilweise sehr heftig angegriffen worden. In der Senatssitzung vom 1. August hatte er als erster Amtsträger von Rang und Namen öffentlich Stellung gegen Antonius bezogen.

Cicero stilisiert Piso seinen Standesgenossen gegenüber jetzt zum Vorbild und kritisiert damit indirekt das Verhalten der schweigenden Konsulare und Senatoren. Deren Verhalten versucht er differenziert zu erklären: Einige schweigen aus Feigheit, andere aus entschuldigen Gründen, die hier nicht genannt werden, bei denen man aber Verwandtschaftsbeziehungen vermuten kann. In dieser Kritik an der Feigheit seiner Kollegen können Ciceros Ideale erkannt werden.

### SPRACHLICHE UND INHALTLICHE VORERSCHLISSUNG

- 1 Stellen Sie Begriffe und Wendungen zusammen, mit denen Cicero „Lob für Piso“ ausdrückt.
- 2 Ein zentraler Begriff des folgenden Abschnitts ist die *dignitas*. Informieren Sie sich im Internet über diesen wichtigen römischen Wertbegriff.
- 3 Beschreiben Sie (mit Textbelegen), wie Cicero das Verhalten der Senatoren kritisiert.

1	[14] Quid? De reliquis rei publicae malis licetne dicere? Mihi vero licet et semper licebit dignitatem tueri, mortem contemnere. Potestas modo veniendi in hunc locum sit <sup>1</sup> , dicendi periculum non recuso. Atque utinam, patres	Kalendae Sextiles: 1. August voluntarius, -a, -um: freiwillig
5	conscripti, Kalendis Sextilibus adesse potuissem! Non quo profici potuerit aliquid <sup>2</sup> , sed ne unus modo consularis <sup>3</sup> , quod tum accidit, dignus illo honore, dignus re publica inveniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem	
10	homines amplissimis populi Romani beneficiis usos L. Pisonem ducem optimae sententiae non secutos (esse). Idcircone nos populus Romanus consules fecit, ut in altissimo gradu dignitatis locati rem publicam pro nihilo haberemus? Non modo voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne vultu quidem assensus est. Quae – (o) malum! – est ista	
15	voluntaria servitus?	
	[15] Fuerit <sup>4</sup> quaedam necessaria; neque ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiam consulari loco dicunt. Alia causa est eorum, quorum silentio ignosco, alia (causa est) eorum, quorum vocem requiro; quos quidem doleo in suspicionem	causa, -ae f.: hier: Situation, Lage benignus, -a, -um: wohlwollend; freundlich gewogen
20	populo Romano venire non modo metu, quod ipsum esset turpe, se – alium alia de causa <sup>5</sup> – deesse dignitati suae. Quare primum maximas gratias et ago et habeo Pisoni, qui, non quid efficere posset in re publica, cogitavit, sed quid facere ipse deberet. Deinde a vobis, patres conscripti, peto,	
25	ut, etiamsi sequi minus audebitis rationem atque auctoritatem meam, benigne me tamen, ut adhuc fecistis, audiatis.	

<sup>1</sup> modo ... sit: Übers.: solange es nur ... gibt. – <sup>2</sup> non quo profici potuerit aliquid: Übers.: nicht, dass dadurch irgendetwas hätte erreicht werden können. – <sup>3</sup> Gemeint ist L. Calpurnius Piso. – <sup>4</sup> fuerit: Konjunktivus Potentialis der Vergangenheit: Übers.: sie (die freiwillige Sklaverei) mag einmal ... gewesen sein; (gemeint ist die Zeit während Caesars Diktatur). – <sup>5</sup> alium alia de causa: Übers.: (dass) ein jeder aus einem anderen Grund

## ANALYSE UND INTERPRETATION

- 1 Zeigen Sie, wie Cicero sein Lob für Piso und die Vorwürfe an die Senatoren nutzt, um seine Zuhörer für seine beiden Bitten am Ende des Textabschnitts empfänglich zu machen.
- 2 Die Vorwürfe gegenüber den Senatoren verknüpft Cicero mit dem wiederholten Einsatz des römischen Wertbegriffes *dignitas*. Beschreiben Sie die Wirkung, die Cicero durch diese Wiederholung erzielt.

### GRUND- UND LERNWORTSCHATZ

contemnere, contemno, contempsi, contemptum	verachten, geringschätzen
deesse + <i>Dat.</i>	jemandem fehlen, jemanden im Stich lassen
etiamsi	auch wenn, selbst wenn
gradus, gradus <i>m.</i>	Schritt, Stufe, Rang
idcirco	deshalb
ignoscere, ignosco, ignovi, ignotum	verzeihen
licet, licuit	es ist erlaubt
locare	stellen, legen
requirere, requiro, requisivi, requisitum	verlangen, fragen nach; nachforschen
suspicio, suspicionis <i>f.</i>	Verdacht
tueri, tueor, tuitus sum	betrachten; schützen
uti, utor, usus sum + <i>Abl.</i>	(be)nutzen, gebrauchen
assentiri, assentior, assensus sum	zustimmen
recusare	zurückweisen, ablehnen

## 5 Die zweifelhafte Gesetzgebung des Antonius

Seit dem 1. Juni hat Antonius zahlreiche Verfügungen erlassen, bei denen er sich auf angebliche Absichten Caesars berufen hat. Cicero wirft Antonius jetzt vor, diese ‚neuen Erlasse‘ stünden im Widerspruch zu den vom Senat anerkannten *acta Caesaris* (Anordnungen Caesars).

### SPRACHLICHE UND INHALTLICHE VORERSCHLIEßUNG

- 1 Sammeln Sie die Gerundivkonstruktionen und geben Sie eine treffende Übersetzung an (§ 16, § 23–24).
- 2 Suchen Sie alle Formen von *ferre* und dessen Komposita aus dem Text heraus und bestimmen Sie diese.
- 3 Stellen Sie Wendungen zum Sachfeld „Bewahren/Beschützen“ (+ Gegenteile) zusammen.

1	[16] Primum igitur acta Caesaris servanda (esse) censeo, non quo probem – quis enim id quidem potest? – sed quia rationem habendam maxime (esse) arbitror pacis atque otii. [...]	<b>actum, -i, n.:</b> hier: Gesetz <b>quo:</b> hier: weil <b>rationem habere + Gen.:</b> bedacht sein auf
5	[23] [...] Quae quidem ego, patres conscripti, qui illa numquam probavi, tamen ita conservanda (esse) concordiae causa arbitratus sum, ut non modo leges, quas vivus Caesar tulisset, non infirmandas hoc tempore putarem, sed ne illas quidem, quas post mortem Caesaris prolatas esse et fixas videtis.	<b>legem ferre:</b> ein Gesetz einbringen
10	[24] De exsilio reducti (sunt) a mortuo; civitas data (est) non solum singulis, sed nationibus et provinciis universis a mortuo, immunitatibus infinitis sublata (sunt) vectigalia a mortuo. Ergo haec uno (auctore), verum optimo auctore	<b>civitas, -atis f.:</b> hier: Bürgerrecht <b>immunitas, -atis f.:</b> Vergünstigung (Steuerprivileg) <b>vectigal, -alis n.:</b> Steuer, Abgabe
15	domo prolata defendimus; nos, qui defendimus acta Caesaris, putamus eas leges, quas ipse nobis inspectantibus recitavit, pronuntiavit, tulit, quibus legibus rem publicam contineri putabat, de provinciis, de iudiciis, eas, inquam,	<b>promulgare:</b> veröffentlichen; vorschlagen <b>saltem Adv.:</b> wenigstens
20	Caesaris leges, evertendas (esse)? Ac de his tamen legibus, quae promulgatae sunt, saltem queri possumus; de iis, quae iam latae dicuntur, ne illud quidem licuit.	
25	[25] Illae enim sine ulla promulgatione latae sunt ante quam scriptae (sunt). Quaero autem, quid sit, cur aut ego aut quisquam vestrum, patres conscripti, bonis tribunis plebi leges malas metuat. Paratos (tribunos plebis) habemus, qui intercedant, paratos, qui rem publicam religione defendant; vacui metu esse debemus. „Quas tu mihi“, inquit, „intercessiones (nuntias), quas religiones?“ Eas scilicet, quibus rei publicae salus continetur.	<b>promulgatio, -onis f.:</b> hier: Vorschlagsfrist <b>tribunus plebis m.:</b> Volkstribun <b>intercedere:</b> Einspruch erheben <b>intercessio, -onis f.:</b> Substantiv zu intercedere <b>religio, -onis f.:</b> hier: religiöse Vorschrift <b>scilicet Adv.:</b> natürlich, freilich
30	„Neglegimus ista et nimis antiqua ac stulta ducimus; forum saepietur, omnes claudentur aditus, armati in praesidiis multis locis collocabuntur.“	<b>saepire, saepio, saepsi, saeptum:</b> abriegeln, verschließen

[26] Quid tum? Quod ita erit gestum, id lex erit? Et in aes  
 incidi iubebitis, credo, illa legitima: CONSULES POPULUM  
 IURE ROGAVERUNT. A maioribus accepimus hoc ius  
 35 rogandi? POPULUSQUE IURE SCIVIT. Qui populus? Isne, qui  
 exclusus est? Quo iure? An eo (iure), quod vi et armis omne  
 sublatum est? Atque dico de futuris, quod est amicorum  
 ante dicere ea, quae vitari possint; quae si facta non erunt,  
 refelletur oratio mea. Loquor de legibus promulgatis, de  
 40 quibus est integrum vobis; demonstro vitia: tollite! Denuntio  
 vim: arma removete! [...]

**in aes incidere:** in Erz einmeißeln = auf Tafeln  
 schriftlich aufzeichnen

**sciscere, scisco, scivi, scitum:** genehmigen,  
 für etw. stimmen

**refellere:** widerlegen, zurückweisen

**promulgare:** veröffentlichen; vorschlagen

**integrum, -i n.:** freie Hand, volle Gewalt

## ANALYSE UND INTERPRETATION

- 1 Arbeiten Sie Ciceros Position zu den ‚acta Caesaris‘ heraus.
- 2 Erklären Sie, welchen zweifachen Verfassungsbruch des Antonius Cicero den Senatoren zu beweisen versucht.
- 3 Analysieren Sie unter Berücksichtigung von Textbelegen, auf welche Weise Cicero das Verhalten der Senatoren kritisiert. Achten Sie dabei auch auf sprachlich-stilistische Auffälligkeiten.

### GRUND- UND LERNWORTSCHATZ

<b>aditus, aditus m.</b>	Zugang
<b>arbitrari, arbitror, arbitratus sum</b>	glauben, meinen
<b>collocare</b>	aufstellen, einrichten
<b>ne ... quidem</b>	nicht ... einmal
<b>probare</b>	gutheißen, billigen; prüfen
<b>proferre, profero, protuli, prolatum</b>	hervortragen; veröffentlichen
<b>vitare</b>	(ver)meiden
<b>vitium, vitii n.</b>	Laster, Fehler, schlechte Eigenschaft
<b>evertere, everto, everti, eversum</b>	umstürzen, zerstören

## 6 Appell an die Konsulin zur Umkehr

Cicero spricht in der Folge Dolabella und Antonius direkt an und versucht, unter Bezug auf deren Vorfahren sie davon zu überzeugen, dass eine Rückkehr zu einer senatsgetragenen Politik für sie persönlich und für den Staat die einzig richtige Entscheidung sei.

### SPRACHLICHE UND INHALTLICHE VORERSCHLISSUNG

- 1 Informieren Sie sich über den Konsul Dolabella (→ Anhang: Personen, SH, S. 70–77).
- 2 Stellen Sie in einer Tabelle gegenüber, welche Begriffe und Taten Cicero in den Appellen an Dolabella und Antonius jeweils anführt.

#### Appell an Dolabella:

1	[29] Sed per deos immortales! – te enim intuens, Dolabella, qui es mihi carissimus, non possum utriusque vestrum errorem reticere. Credo enim vos nobiles homines magna quaedam spectantes, non – ut quidam nimis creduli	intuēri: anschauen reticēre: verschweigen credulus, -a, -um: arglos, leichtgläubig opes violentae f. pl.: gewaltsame Macht cum ... tum: sowohl ... als auch besonders testimonium, -ii n.: Zeugnis
5	susplicantur – pecuniam, quae semper ab amplissimo quoque clarissimoque contempta est, non opes violentas et potentiam populo Romano minime ferendam, sed caritatem civium et gloriam concupivisse. Gloriam autem est laus recte factorum magnorumque in rem publicam meritorum,	
10	quae cum optimi cuiusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur. [...]	

[31] Hanc tu, P. Dolabella, – magno loquor cum dolore – hanc tu, inquam, potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere?

#### Appell an Antonius:

15	Tu autem, M. Antoni, – absentem enim appello – unum illum diem, quo in aede Telluris <sup>1</sup> senatus fuit, non omnibus his mensibus, quibus te quidam multum a me dissentientes beatum putant, anteponis? Quae fuit oratio de concordia! Quanto metu veterani, quanta sollicitudine civitas tum	sollicitudo, -inis f.: Kummer, Sorge obses, -sidis m.: Geisel, Bürge
20	a te liberata est, cum collegam tuum depositis inimicitis illo primum die collegam tibi esse voluisti <sup>2</sup> , cum tuus parvus filius in Capitolium a te missus pacis obses <sup>3</sup> fuit!	
25	[32] Quo die senatus laetior (erat), quo populus Romanus? Qui quidem nulla in contione umquam frequentior fuit. Tum denique liberati per viros fortissimos videbamur, quia, ut illi voluerant, libertatem pax consequabatur. Proximo, altero, tertio, denique reliquis consecutis diebus, non intermittebas quasi donum aliquod cotidie afferre rei publicae, maximum autem illud, quod dictaturae nomen	inurere, inuro, inussi, iustum: verbrennen ignominia, -ae f.: Schande Manlius, -a, -um: Adjektiv zu Manlius (Manlius m.: Familienmitglied der Manlier) funditus Adv.: völlig, von Grund auf
30	sustulisti. Haec inusta est a te, a te, inquam, mortuo Caesari nota ad ignominiam sempiternam. Ut enim propter unius M. Manlii <sup>4</sup> scelus decreto gentis Manliae neminem patricium Manlium Marcum vocari licet, sic tu propter unius dictatoris odium nomen dictatoris funditus sustulisti.	

35 [33] Num te, cum haec pro salute rei publicae tanta  
 gessisses, fortunae tuae, num amplitudinis, num claritatis,  
 num gloriae paenitebat? Unde igitur subito tanta ista  
 mutatio (est)? Non possum adduci, ut suspicer te pecunia  
 captum (esse). Licet, quod cuique libet, loquatur, credere  
 40 non est necesse. Nihil enim umquam in te sordidum, nihil  
 humile cognovi. Quamquam solent domestici depravare non  
 numquam; sed novi firmitatem tuam. Atque utinam ut  
 culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisses! Illud magis  
 vereor, ne – ignorans verum iter gloriae – gloriosum putes  
 45 plus te unum posse quam omnes et metui a civibus tuis  
 quam diligi malis. Quod si ita putas, totam ignoras viam  
 gloriae. Carum esse civem, bene de re publica mereri,  
 laudari, coli, diligi gloriosum est; metui vero et in odio esse  
 invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum (est).

**libet** ... loquatur: mag er auch sprechen  
**domestici** *m. Nom. Pl.:* häusliches Umfeld  
**depravare:** jdn. korrumpieren  
**detestabilis, -e:** abscheulich  
**imbecillus, -a, -um:** schwach, haltlos  
**caducus, -a, -um:** eitel, nichtig

50 [34] Quod videmus etiam in fabula illi ipsi, qui “Oderint,  
 dum metuant” dixerit, perniciosum fuisse.<sup>5</sup> Utinam, M.  
 Antoni, avum<sup>6</sup> tuum meminisses! De quo tamen audivisti  
 multa ex me eaque saepissime. Putasne illum  
 immortalitatem mereri voluisse, ut propter armorum  
 55 habendorum licentiam metueretur? Illa erat vita, illa  
 secunda fortuna parem esse libertate ceteris, principem  
 [esse] dignitate. Itaque, ut omittam res avi tui prosperas,  
 acerbissimum eius supremum diem malim quam L. Cinnae<sup>7</sup>  
 dominatum, a quo ille crudelissime est interfectus.

**licentia, -ae f.:** Zügellosigkeit

60 [35] Sed quid oratione te flectam? Si enim exitus C. Caesaris  
 efficere non potest, ut malis carus esse quam metui, nihil  
 cuiusquam proficiet nec valebit oratio. Quem qui beatum  
 fuisse putant, miseri ipsi sunt. Beatus est nemo, qui ea lege  
 vivit, ut non modo impune, sed etiam cum summa  
 65 interfectoris gloria interfici possit. Quare flecte te, quaeso,  
 et maiores tuos respice atque ita gubernare rem publicam, ut  
 natum esse te cives tui gaudeant, sine quo nec beatus nec  
 clarus nec tutus quisquam esse omnino potest. [...]

**proficere:** bewirken, ausrichten  
**ea lege, ut:** unter der Bedingung, dass  
**interfecto, -oris m.:** Substantiv zu interficere  
**gubernare:** leiten, steuern, regieren

**1** *aedis Telluris:* Tempel der Tellus (dort hatte sich der Senat am 17. März 44 v. Chr. versammelt, um die acta Caesaris anzuerkennen und Straffreiheit für die Caesarmörder zu beschließen). – **2** Antonius hatte die Wahl des Dolabella zum Konsuln durch die Meldung eines ungünstigen Vorzeichens zu verhindern versucht. – **3** Brutus und Cassius hatten sich auf dem Kapitol verschanzt und wagten sich erst heraus, nachdem sie von Antonius und Lepidus deren Kinder als Geiseln erhalten hatten. – **4** M. Manlius hatte 390 v. Chr. das Kapitol gegen die Gallier verteidigt. Er strebte angeblich nach Königsherrschaft, weshalb er verurteilt und hingerichtet worden sein soll. – **5** *quod videmus ... fuisse:* Übersetze: wir sehen, dass dies ... gewesen ist; oderint, dum metuant: Zitat aus einer Tragödie (Atreus). – **6** Gemeint ist der Redner M. Antonius, der Großvater des angesprochenen Antonius. – **7** Cinna ermordete 87 v. Chr. den Großvater des Antonius.

## ANALYSE UND INTERPRETATION

- 1** Benennen Sie Elemente des Appells (→ Rhetorik, siehe SH, S. 80).
- 2** Analysieren Sie davon ausgehend, wie Cicero Dolabella und Antonius zu beeinflussen versucht. Erklären Sie in diesem Zusammenhang die Funktion der Erwähnung von Caesars Ende und der Beispiele weiterer Tyrannen.
- 3** Arbeiten Sie heraus, welche Richtschnur Cicero den Konsuln für ihr zukünftiges Handeln zu geben versucht?

## GRUND- UND LERNWORTSCHATZ

colere, colo, colui, cultum	verehren, pflegen, bebauen
consequi, consequor, consecutus sum	erreichen, erlangen, nachfolgen
contemnere, contemno, contempsi, contemptum	verachten, geringschätzen
contio, contionis <i>f.</i>	Versammlung
diligere, diligo, dilexi, dilectum	hoch achten, lieben, schätzen
humilis, humile	niedrig
laus, laudis <i>f.</i>	Lob, Preis, Anerkennung
meminisse, meminisse	sich erinnern
meritum, meriti <i>n.</i>	das Verdienst
susplicari, suspicor, suspicatus sum	argwöhnen, verdächtigen, vermuten
valere, valeo, valui, –	stark sein, Geltung haben, gelten
dominatus, dominatus <i>m.</i>	Alleinherrschaft, Gewaltherrschaft
paenitet + <i>Gen.</i>	es reut
quamquam	<i>als Nebensatzeinleitung:</i> obwohl, obgleich <i>als Hauptsatzeinleitung:</i> freilich, indessen
sordidus, sordida, sordidum	schmutzig, gemein

Die 1. Philippische Rede endet mit einem Appell Ciceros an die Senatoren, die öffentliche Meinung anzuhören und Ciceros Worte nicht übel zu nehmen.

## ABSCHLIESSENDE ANALYSE UND INTERPRETATION

- 1 Beschreiben Sie (mit Textbelegen), welchen Eindruck Cicero von der politischen Situation im Staat und von Antonius als Person erweckt. Vergleichen Sie diesen Eindruck mit den realen historischen Geschehnissen (→ SH, S. 70–75).
- 2 Nehmen Sie Stellung zu der in der Forschung gängigen These, Cicero greife in der ersten Philippica die Politik der amtierenden Konsuln Antonius und Dolabella nur sehr vorsichtig an, um einen endgültigen Bruch mit Antonius zu vermeiden.
- 3 Arbeiten Sie heraus, inwiefern Ciceros Hoffnung auf die Wiederherstellung der *res publica* zum Ausdruck kommen. Beziehen Sie den römischen Wertbegriff der *concordia* in ihre Überlegungen ein.